Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



nunc tuc postulabimus laeta
et tibi plenis placatus ad nut
ri. Per dñm. Lectio Ezechielis ꝓphe.
In diebus illis. Factus est sermo
dñi ad me dicens. Quid est quod
inter vos parabolam veritatis in
proverbium istud in terra israel dicen
tes. Patres nri comederunt uuam
acerbam. et dentes filiorum ob
stupescunt. Vivo ego dicit dñus
deus. si erit vobis ultra parabo
la hec in proverbium in terra israel.
Ecce omnis anime mee sunt. ut anima
patris. ita et anima filii mea est.
Anima que peccaverit ipsa morietur.
Et vir si fuerit iustus et fecerit
iudicium et iustitiam in montibus
non comederit. et oculos suos
non levaverit ad idola domus
israel. et uxorem proximi sui non
violaverit. et ad mulierem men
struatam non accesserit. et hominem
non contristaverit. pignus debi
tori reddiderit. pro vi nihil
rapuerit. panem suum esurienti
dederit. et nudum operuerit ve
stimento. ad usuram non accepe
rit. et amplius non accepe
rit. ab iniquitate averterit
manum suam. iudicium verum fecerit
inter virum et virum. in preceptis
meis ambulaverit. et iudicia
mea custodierit. ut faciat ve
ritatem. hic iustus est. et vita
vivet. ait dñs omnipotens. Ez.

Custodi me domine ut pupillam oculi
sub umbra alarum tuarum protege me.
V. Oculi tui iudicium meum pro
deat oculi tui videant equitatem. S.
Illo t. Dicebat johan.
ihs ad eos qui crediderunt ei
iudeos. Si vos manseritis
in sermone meo. vere disci
puli mei eritis. et cognoscetis
veritatem. et veritas liberabit
vos. Responderunt ei iudei. Semen
abrahe sumus. et neminem servi
vimus unquam. et quomodo
tu dicis liberi eritis. Respondit
ei ihs. Amen amen dico vo
bis. quia omis qui facit peccatum.
servus est peccati. Servus autem
non manet in domo in eternum.
filius autem manet in eternum.
Si ergo vos liberaverit. vere
liberi eritis. Scio quia filii abra
he estis. sed quaeritis me in
terficere. quia sermo meus non
capit in vobis. Ego quod vi
di apud patrem meum loquor.
et vos quae vidistis apud
patrem vestrum facitis. Respondi
erunt et dixerunt ei. Pater nr abraha
est. Dicit ei ihs. Si filii abra
he estis. opa abrahe facite.
Nunc autem quaeritis me inter
ficere. hominem qui veritatem lo
cutus sum vobis. quam audivi
a deo. hoc abraham non fecit.
Vos facitis opa patris vestri.